

Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Beatis Manibus

DOMINI
DN. ERDMANNI
UHSEI

RECTORIS DE GYMNAS. MARTISBURG. PER XX.
ANNOS OPTIME MERITI.

*QUI IPSIS NONIS SEPTEMBR. A. O. R. MDCCXXX.
PLACIDE OBDORMIVIT.*

AD SVI ERGA BEATE DEFVNCTVM OFFICII DEBITI RATIONEM
ALIQVO MODO REDDENDAM,

illius colendam memoriam venerari voluerunt,

QVIDAM EIVS AVDITORVM.

MARTISBURGI, Typis Gottschickianis.



Köpsel 78 N 14 [14]

AK

Inscriptio Sepulchralis.



* † *

Disce, Lector,
& velocem pedem paululum fige,
non hic quidem, ut forte putas, lætitiæ,
sed lethi cuncta delentis
invenies monumentum.

Rector Gymnasii Martisburgensis,
M. Erdmannus Uhseus

in hocce dormitorio placide dormit.
Dignissimus sane magni Hübneri in nostra cathedra successor;
Antecessorum suorum eruditioni
in nullo cessit.

Mœbium enim Theologia clarum,
Hildebrandum vero & Cellarium
utrumque latinitate puriori & antiquitatibus insignem
ut & omni laude maioris Hübneri historiarum scientiam
& artem dicendi,
unus iste affatim exprimebat.

quocunque studiorum apparatus
Istum *Alberti*, (a) *Itigius*, *Rechenbergius* & *Seligmannus*,
o quanta in literario orbe nomina!
aliique in Lipsiensi Academia clari
instruxerant,

eadem suos auditores cunctos ornatu
exornare conabatur.

Marcus Aurel. Antoninus quondam (b)
Imperatorum Romæ imperantium sapientissimus
aureas suorum Doctorum statuas
in suis statuere templis,
ut illas semper contemplari posset,
non dubitavit:

Ponamus Beato Rectori,
si non auream in templo,
perpetuam tamen in mente nostra
columnam

ab omni istum, & eius scripta
edita & posthuma
calumnia

ore

- (a) Memini aliquando B. Rectorem diu ante suum obitum dixisse, se in futura vita non parvum gaudium ex B. D. Thomæ Itigii conversatione percepiturum, cuius memoriam valde colebat.
- (b) Antoninus Imp. R. tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet: ac sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus semper honoraret. Jul. Capitolin. Cap. 3. in Vita eius.

ore & calamo, si opus est,
aliquando vindicaturi.

Sicuti vero
ore ac more Senecam exprimens,
nunquam a mortis terrore
terreri potuit,
ut & ultima luce
qua publicas haberet lectiones,
si sic forte a divina providentia
provisum esset,
in ipsis scholasticis subscelliis
mortem oppetere gauderet;
sic & ad novissimum usque spiritum
eundem vultum
retinuit.

Tandem enim die V. Septembr. a. c.
ut alter Tagmo (c)
non obiit,

Sed ad CHRISTVM redemptorem suum
quem semper amavit,
lætus abiit.
Vivit tamen anima
Vivit scriptis abunde editis
Vivit fama

& in nostra omnium denique vivet memoria.

Nunc perge lector
& huius exemplo
disce bene vivere
disce beate mori.

(c) De Tagmone Archiepiscopo Magdeburgensi lege Ditmari Episcopi Merf.
Chron. Lib. VI.

Fridericus Sigismund. Wizleben,

Querf. Saxo. Gymnaf. Marisb. I. Clasf. Alumn.

Nῦν ἀγχοῦ ἔχομεν μεγάλῳ Θεῷ καὶ ἕκντι,
Ὅτι τελευτήσας αἰὴρ νεκρὸς κλυτὸς ἐντί
Ἐπειδὴ ἐστὴν Ἀκαδημία φητὸν ἡμᾶς
Τὴς πορευομένης πορείας εἰς τὰ μέγα μιν
Θεὸς ἀρξάντ ἀγαθὰν ὄντως εἰς ἡρατὸν ἵσκει.
Ἡμῶν ὦν μιν ἀπ' αὐτῆ μελλόντων ἀποχωρεῖν,
Ἄφ ἡμῶν μίντοι λάσος φίλος αὐτοῦ ἀπύλθε.

Petrus Fridericus Laitenbergerus,


I. Clasf. Alumnus Radewello-Halenfis.

Omors! Mors quanto complex mea pectora luctu,
 Illius blanda me consuetudine privas,
 Qui me iucundo complectebatur amore.
 In gremio qui me semper semperque sovebat,
 Qui me non nunquam maectabat munere dulci,
 Qui mihi condebat bonitatis lumina nunquam,
 Qui me discipulum vivo sermone docebat,
 Qui mihi nectareos iussus stillabat in aurem,
 Qui non cessabat totis contendere nervis,
 Quo fierem patriæ telluris firma columna.
 Continuo curas has qui sub corde premebat,
 Integritas mea quo semper sit salva nec unquam
 Illam contingat moles damnosa malorum.
 Errantem qui me deserto ac montibus altis
 In calles illos ducebat voce paterna,
 In quibus optatas poteram contingere metas.
 Sed nunc orbatam TE cogor ducere vitam,
 Nunc mors atra meæ sermones denegat auri
 Doctos, o mœror cui prorsus nullus adæquat,
 Mœror multorum, qui mentes vexat & urit.
 Illi secretum nutriunt sub pectore vulnus,
 Queis vndas suaves e Phœbi fonte dedisti,
 Quos in Musarum duxisti florida prata,
 Quos implevisti monitis sanantibus vsque.
 At mea mens certo magis est devora dolore,
 Nescit quo fugiat tantis obducta tenebris:
 Guttarum fluvio profundo tristitia labra,
 Immenso mœsto produco pectore fletus,
 Os non desinit voces producere mœrens
 Has, o si rursus VIR carperet VHSIVS auras!
 Qui sacro sanctam biberat Parnassidos vndam
 Me quoque Cecropiæ, quo Palladis arte rigaret;
 Ossa quidem tua redduntur terræ genitrici
 Sed nomen laudesque tuæ famæque manebunt,
 Sidera donec erunt, dum solustrabit Olympum,
 Dum matutinos præcedet lucifer ortus.
 Semper erunt benefacta mihi data mente reposta
 Alta, dum quicquid mihi fatum indulserit ævi.
 Ast illis, qui præcipue tanguntur acerba
 Morte Tua, voveo, vt summus qui vulnera fecit
 Illa brevi spatio permulceat unguine grato,
 Vt tristi nocti comites det lumina læta.

Job. Elias Grunewald,
 Thallvic. Mifn. I. Clafs. Civis.



scholæ;



78 N 14 [74]

Informationen

Beatis Manibus

DOMINI
DN. ERDMANNI
UHSEI

RECTORIS DE GYMNAS. MARTISBURG. PER XX.
ANNOS OPTIME MERITI.

*QUI IPSIS NONIS SEPTEMBR. A. O. R. MDCCXXX.
PLACIDE OBDO RMIVIT.*

AD SVI ERGA BEATE DEFVNCTVM OFFICII DEBITI RATIONEM
ALIQVO MODO REDDENDAM,

illius colendam memoriam venerari voluerunt,
QVIDAM EIVS AVDITORVM.

MARTISBURGI, Typis Gottschickianis.



Köpel 78 N 14 [14]

AK